



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

Engelhard, Johann Martin

Moguntiae, 1700

Titulus XXII. De Collusione detegendâ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63255)

TITULUS XXII.

De Collusione detegendâ.

QUÆRES 1. Quid sit collusio? Respond.
Collusio est *occulta conventio inter actorem
& reum, ad desistendum ab accusatione, eo fine fa-*
cta, ut delicta maneant impunita. Committitur tam
in causis Civilibus quàm Criminalibus, tam tem-
poralibus quàm Ecclesiasticis, tam per partes prin-
cipales, quàm advocatos & procuratores, quæ col-
lusio cum falsitatem contineat, meritò poenis qui-
busdam coercenda erat.

QUÆRES 2. Quæ sit collusionis poena?
Respond. De lure Civili contra procuratores
colludentes datur actio mandati, qui poena extra-
ordinariâ puniuntur, & infames efficiuntur. *l. ath-*
letas. §. item pravaricator. ff. de his qui notant. infam. &
insuper ab officiis suis in perpetuum removentur.
Quod si Clerici in causis beneficialibus colluse-
rint, beneficiis suis privandi erunt.

TITULUS XXIII.

De Delictis Puerorum.

QUÆRES. 1. An delicta infantium vel pu-
erorum puniri debeant? Resp. Pueri pro-
priè dicuntur, qui infantiam id est septi-
mum ætatis annum egressi sunt, annum autem duo-
decimum si foemella fuerit, vel 14. si mas nondum
imple-

K k 3